



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1712**

Q. 234. An Regulares subjaceant casibus ab Episcopo reservatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42433**

riculum , licet alias habeat potestatem absol-  
vendi à reservatis , absolvere possit à peccato  
quolibet mortali externo contra castitatem ,  
complicem in eodem secum peccato , nec ad  
hoc sit approbatus ; nec absolvere possit ab hæ-  
resi ; neque à casu lascivorum conventiculo-  
rum juventutis utriusque sexus , sine expressa ad  
hoc ab Ordinario obtenta licentia .

*Q. 234. An Regulares subjacent casibus ab 1645.*

*Episcopo reservatis.* R. Regulares non exempti  
subjacent ; exempti non subjacent , quia quoad  
hoc non subsunt jurisdictioni Episcopi . Si ta-  
men Regulares exempti , v.g. Moniales habeant  
Confessarium non exemptum . huic sublata  
erit jurisdiction & potestas absolvendi à tali ca-  
su , adeoque casus commissus à Moniali exem-  
pta censebitur reservatus respectu talis Con-  
fessarii ; nisi tales exemptæ haberent privile-  
gium , ut per quemcumque approbatum pos-  
sint ab omnibus casibus absolvi , *Sylvius p. 1. v.*  
*Casus reservatus casu 2. Novitiorum peccata eri-*  
*am manent reservata respectu Confessarii ab*  
*Episcopo approbandi , Aversa q. 17. s. 1.*

*Q. 235. Quænam notanda sint circa ejusmodi 1646.*

*casus ab Episcopis reservatos.* R. seqq. §. 1. Per apo-  
stoliam intelligitur defectio à vera fide ad hære-  
sin . Per relapsum in hæresin intelligitur relapsus  
post hæresin publicè ejuratam , *Azor. T. 1. I. 8.*  
c. 14. Per homicidium videtur etiam intelligi  
actio occisiva , v. g. vulnus lethale vel porre-  
ctum venenum , propter quod sequitur mors .  
Per sodomitiam *Tambur.* in decal. I. 7. c. 7. §. 6. in-  
telligit illam solam , quam committit agens se-  
minando in vase præpostero masculi , cùm  
enim reservatio sit materia odiosa , secundum

di-